Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eos estus ⁊ sol· quia miserator eorum reget eos ⁊ ad fontes
aquarum potabit eos· Et ponam omnes montes meos in viam·
⁊ semite mee exaltabuntur· Ecce isti de longe venient ⁊ ecce
isti ab aquilone ⁊ mari· et isti de terra australi· laudate
celi ⁊ exultet terra· iubilate montes laudem· quia consola-
tus est dominus populum suum· ⁊ pauperum suorum miserebitur· Et dixit
syon· Dereliquit me dominus· ⁊ dominus oblitus est mei· Numquid
oblivisci potest mulier infantem suum· ut non misereatur filio
utero sui· Et si illa oblita fuerit· ego tamen non oblivisci tui·

Dixit dominus omnipotens· Ex ysaie ypheta·

Hec dicit dominus deus· Omnis sitientes venite ad aquas
⁊ qui non habetis argentum festinate emite ⁊ comedite· Venite
emite absque argento· ⁊ absque ulla commutacione vinum
⁊ lac· Quare appenditis argentum ⁊ non in panibus ⁊ la-
borem vestrum non in satietate· Audite audientes me ⁊
comedite bonum· ⁊ delectabitur in crassitudine anima vestra·
Inclinate aurem vestram ⁊ venite ad me· audite ⁊ vivet
anima vestra· ⁊ feriam vobiscum pactum sempiternum· mise-
ricordias David fidelis· Ecce testem populis dedi eum ducem ac
preceptorem gentibus· Ecce gentem quam nescebas
vocabis· ⁊ gentes que te non cognoverunt te adhuc current
propter dominum deum tuum ⁊ sanctum israel· quia glorificavit te·

Alleluia· D·d·l·turbis iudeorum· Sedim wlym

Ego sum lux mundi· Qui sequitur me non ambulat
in tenebris· sed habebit lumen vite· Dixerunt ergo
pharisei· Tu de te ipso testimonium perhibes· testimo-
nium tuum non est verum· Respondit ihesus ⁊ dixit eis· Et si ego
testimonium perhibeo de me ipso verum est testimonium
meum quia scio unde venerim ⁊ quo vadam vos autem